



64 Mag
~~manus~~

Regis Camp

g
7

1940 - U.S.A. America.

Comte S. Colonna Walewski.

1940 - U.S.A. America.

" today will be yesterday - tomorrow. ff.



Digitized by the Internet Archive
in 2016

<https://archive.org/details/mercurijtrismegi00herm>

MERCURII
TRISMEGISTI

PIMANDRAS VTRAQUE
LINGVA RESTITV-
TVS,

D. FRANCISCI FLVSSATIS
CANDALLÆ IN DVSTRIA.

*Ad Maximilianum Cæsarem eius nominis
Quartum.*



*ex libris Hieronymi Marscalchij
empus ~~florus~~ florens 1622.*

BVRDIGALÆ,
Apud Simonem Millangium Burdigalensium
Typographum via Iacobea,

1574.

Cum privilegio Regis.

Coll. Mus. Soc. Sci.

ex leg. G. A. Calore

IANVS RIVIERIVS BVRDIGALENSIS

Aerarij Regij Antigraphus, In Trismegistum
D. Fran. Flusfatis Candallæ.

NVM spirat, num vivit adhuc ter Maximus Hermes:
Relligione sacer: doctrina insignis, & arte:
Niliacæ iustus moderator & arbitri oræ:
Te vivo: nostri, princeps, laus maxima seclî,
Flusfatis? Seu tu genus hoc ab origine prima
Herodum referas: quorum pars inclÿta, Reges
Frænarum domitas & iure & robore gentes.
Seu bona, quæ largo fundit fors prospera cornu,
Aeternis permixta bonis, cum corpore, spectes:
Nil tibi deest: coniuncta manent tria maxima vobis.
His annecte novas, queis fulges splendidus, artes:
Et dignos tanto sacrorum antistitæ mores.
Quos pia Relligio comitatur, & anteit, instar
Ardentis flammæ: dum recto tramite, Lynceis
Aethereis oculis peragras, cælestia, motus.
At quicumquæ, prius nulli concessa moveri,
Tentarunt sacri tractare arcana ministri,
Obsupère omnes: & centum-luminis Argi,
In loca, cœci cæci resperunt devia Talpæ.
Tu novus interpretis diuum: tu Maximus Hermes:
(Si modo Pythagoræ sint dogmata vera renati)
Mercurium nigris merisum phlegetonidos undis,
Linguentem patrij Memphitica sacra Canopi
Marte tuo, superas reuocatum mitis in auras,
Et nitidum puro reddis, sine regimine, celo.
Tuque Deum, rapidoque Deus te surripit Orco.
Clara solo spargens, & figens nomina Cælo,
Ingenij monumenta tui: quo sospite, nunquam
Cedet Romanis Aquitanica Musa Camenis.
Gallica seu Latij iungas, seu Græca Latinis
Permutet: vero fulget rediniva colore
Pagina, quæ primos imitetur, & augeat ortus.

EXTRAIT DV PRIVILEGE.

LE Roy par lettres patentes a permis a Simon Millanges imprimeur de Bourdeux, d'imprimer, ou faire imprimer & exposer en vante vn liure intitulé *Mercurij Trismegisti Pimandras vtraque lingua restitutus, D. Francisci Flusfatis Candallæ industria*. Et sont faites inhibitions & defences à tous imprimeurs & autres de ne l'imprimer, ou faire imprimer, y vendre, ne distribuer, sans le consentement dudit Millanges, pendant le temps & terme de six ans, sur peine de confiscation des liures & d'amende arbitraire, ainsi que plus a plein est contenu au priuilege sur ce donné a Paris le cinquesme iour d'Aoust, 1574.

Par le Roy,

Signé DE PUYBERAL.



IN VICTISSIMO CÆSARI
MAXIMILIANO HVIVS NOMINIS
QVARTO, FRANCISCVS FLVSSAS
CANDALLA, ROBYR ET
IMPERIVM.



IRTVTVM & clementiæ splendor,
quo tuæ sublimitatis undique præ-
fulget meritum, Sacra Maiestas, om-
nium peritorum animos excitat, in ea
potissimum studia, quibus viros illu-
stres & inclytos ad agnoscendos &
excipiendos cultura labores urgeant, quorum authorita-
te & sanctimonia apud probos & claros gratior adsit lu-
cubratiō. Nos autem licet eo nomine, pro authoris dignitate
rem expolitam, tuæ celsitudini consecrare non possimus: at-
tamen suapte natura præclarum ac generosum antiquissimæ
Episcopi τῆς Τρισημερίου Pimandram, de potentia & diuina na-
tura libellum, tot annorum millibus in expositū, pro virium
facultate perlustrandum, restituendum, & commentario
gallico propalandum, eo cōsilio duximus, ut nunc primum
tuæ celsitudini utraque lingua descriptum proponentes,
quātum tibi perpetuis vinculis astricti simus, ingenue no-
scitemus. Hūc siquidem Termaximum tua sublimitate di-
gnum reor. Vt pote qui præter eos omnes, qui hætenus de
Diuina essentia & natura differuerūt, rerum diuinarū no-
titiā assequutus est, nec solum eam, quæ priorib. tam fæ-
licis copulæ Christi cum homine paranymphis a summo Deo

reuelata est: sed etiam eam, quæ intimis ipsius Christi sequacibus cernentibus & astantibus vix agnita fuit. Quam non minus præclare descripsit, quã si a Seruatoris corporeo cõsortio a cunabulis edocētus esset. Nimirum hic vnus inter eos, qui olim diuinitus inspirati sunt, de omnipotentis dei essentia solerti admodum colloquio quãplura detegit, mundi facturam, hominis ad Dei imaginem ac similitudinem opificium, eiusdem insuper tantæ miseriæ lapsum, huius denique lapsus amplioris fælicitatis medelã, vndique Deum incorporeum, ac extra materiam sciscitandum edocet. At si exigua sirt hæc, & antiquos Diuini nutus nuncios nihilo antecellentia, aderunt quamplura, quæ a Mose, prophetis, ac quibusuis Christi patefactionem præcedentibus silentio prætermisã sunt, Mercurio huic termaximo patefacta. Qualia sunt, de Triade summa vno Deo sermo: Diuinum insuper Verbum Patris filium: ac a Patre & Verbo Spiritum ignis & spiritus Deum, prolatum, cunctorum operatorem fuisse: Verbum autem vnum hominem, Diuino nutu regenerandorum hominum ἐπέπαυ extitisse: ab hoc insuper regenerandi solo effectu salutem pendere. Cratere item Spiritu referto sacrosanctum aperit Baptisma. Corporibus officio functis ad sua munia reditum pollicetur. Precaationes demum omnipotenti Deo prolatas, per Verbum offerri iubet. Quæ præter hæc, qui ab ipso Seruatore domino educati sunt, patefacient. Licet hic non tantum Domini discipulos tempore præcesserit, verum & quoscunque prophetas, legis doctores, ac vt ab antiquis dicitur, Mosén ipsum, qui vetustissimorum scriptorum auctõr a quampluribus habetur. Qui fieri alioqui potest, hunc priorem cuncta incognita tanti momenti protulisse, quin ipsi Diuina & fa-

miliaris adfuisse bonitas? Quinetiam qui plura hunc edoceret, plus ei quam cæteris opitularetur, ac ipsi conspiraret. Recte admirandum hoc Diuinæ bonitatis opus est. Quapropter, inçlyta Maiestas, Ter maximum hunc Mercurium sublimem θεουρυσίαν propalantem, tibi principum ἀρχικῶν νοῦο & consecro, iam antea latinis literis ἀμελῶς mandatū, nunc demum interpretandum, diligētiori cura restitutum, & utraque lingua euulgatum. Ad hoc autem me impellit animus, tuæ maiestatis fretus clementia. Quandoquidem me tuæ amplitudinis obsequentiſſimum cultorem, hoc honore pro sapie quamuis immeritum decoras, auix scilicet tuæ celsitudinis Hungarorum reginæ memoria. ea namque patris mei soror extitit. Hoc itaque ab eo, qui natura tuus est, munusculum, quamuis exile, tua generositate honestas. Quæ non solum in regendis tanti imperij proceribus, magnatibus, ac populis coruscat: Verum in sacrarum literarum, disciplinarum philosophiæ quæ notione percrebrescit. Quocirca ut dignū Cæsare munus Cæsari deferam, nostri Mercurij texturā, græcis ac latinis tantū elementis cultam obtuli, nulla commentarij prolixitate adhibita, ad tantum principem spectare ratus. quo magis agnoscam iura, quibus tibi deuinctus sum, non tantum ea quæ tibi Cæsari, principum amplissimo, a cunctorum mortalium cœtu debentur: verum etiam ea quibus singulari quodam vinculo me libentem in tuæ maiestis immortalia cogis obsequia. Hac de causa gallico idiomate eandem texturam una cum commentariorum facilitate, reginæ nostræ tuæ sublimitatis filia, propediem consecrandam expectamus. Vt quæ summum Deū propria lingua percunctari cœpit, regni sibi commissi linguæ facundia, eiusdem cultum faustè peragat. Confisus nimirum

*augustæ suæ indolis elegantia, hoc fore sibi gratum opus
spero. Tua igitur, o Cæsar, inçlyta maiestas tuo clientu-
lo decus annuens, me sui obsequentissimum, humilique offi-
cio deditum sua benignitate suscipiat. Quod faxit sum-
mum illud Bonum Optimum Maximum, ac sua clementia
tibi conspirans, vires imperium & decus perpetuæ felici-
tati cõferat. e Bachabelleo castro, ad borealis poli altitudi-
nem 45 grad, longitudinem vero 18 grad, infra Burdi-
galam sito, ad 3. cal. Maias anno salutis, 1574.*





FRANCISCVS FLVSSAS

lectorī Θεοφύβω ἐν Δελφῶν.



*V*andoquidem omnium eorum que sunt, causas, a Diuinis ortum ducere constat: vniversus philosophiæ splendor apud omnes & singulos eius scopum disquirentes, vnicus fuit supremi illius Boni perquirendi conatus, nullo discrimine recte ac oblique philosophantibus: quo nihil præstantius vel potentius extat. Id utiq; vni tantum animantium se discernendum præbet, ei nimirum quod ex ipsius Boni proprio potissimam constitutionem suscipit. Quo vetus illa prisorum παρρησία, τὸ ὁμοίον, τῷ ὁμοίῳ νοήσῶν, partibus suis functa, omne genus hominum in propria munera obeunda prorsus adigat. Homini namque concinnitatem, in ijs, que a bona mente tractantur speculandis consistere citra cōtrouersiam habetur. Homo quippe animal Diuinum solum philosophandi capax, Diuina contemplatur, ac per suimet Diuinitatis spectationē supremum illud Bonum omnis potentiæ simul ac virtutis originem Deum omnium opificem & causam, peculiari & sibi destinato munere concipit: tumq; vera philosophiæ insectator est, cum philosophiæ verum & vnicum insectatur scopum. Quum autem a vero excidit & alienum inquirens, non philosophus, at φιλόδιωος, aut equidem φιλόδοξος nuncupandus est. Quocirca ne proprij instituti fungendi præcipuo tuo homini depereat occasio, præstantissimi huius Boni conceptum sub Πινδανδρæ vocabulo, illustrissimi huius Ter maximi Mercurij opera denunciatum, exhibeo. Cuius prouentu, candide Θεοφύβε, tria hæc cuius animæ ratiocinanti admodum elegantia suscipies, Dei nempe, sui, ac mundi considerandi copiam, ac horum assequendorum conatus, subtili breuiloquentia tradita. Quæ cum antiquissima, ac præter chartarum præsidium vetusta sint, ne si plerag; varia in transcribendis exemplaribus pingētium incuria, aut igno-

rantia rei suborta sint, mireris. Quantum itaq; in nobis extitit, intemeratam texture sinceritatem nec minus tuendam, quam ut par erat, sensum pro dignitate inuestigandum curauimus. Quapropter dictiones aut particulas quas a græco exemplari ad annum 1554. edito detraximus, ad oram codicis e regione contulimus: ut tibi varietatis causa nullo tædio sit obuia, harum autem dictionum nonnullas a pristina editionis indice selegimus: quas aliquando a textura deletas esse, idem indicat index: aliquas vero, accito consultorum assensu, non tantum græcarum, sed etiam orientalium linguarum (ut pote Iosephi Scaligeri, iuuenis illustrissimi, non minus doctis linguis eruditi, quam conditione & profæpia præclari, opera) per paucos pingentis errores sarcientes, transtulimus, quarum loquutiones passim a latinis alienas, cum verborum phrasi, tum hieroglyphicarum significationum vetusta frequentia, comperies. At quoniam hic Mercurij libellus philosophiam Diuino permiscet oraculo: utrique, philosophiæ nempe & diuino sermoni denunciando, cum se penumero latina vocabula desint, ab ijs qui philosophiam ac Diuina scripserunt, verba sumenda fuisse: ut quam accurate liceret authoris conceptum verbis assequeremur. Nam diuinarum rerum & philosophiæ expertes, qui linguæ latine primordia construxerunt, propriæ linguæ vocibus ignota proferre non poterant. A Græcis ideo qui & philosophiæ & religionis nullum non mouerunt lapidem, peculiaria quamplura verba commodo suscepimus, a latinis authoribus hinc inde ac ut cunq; sata. Ante nos Marcilius ficinus, vir non mediocri scientia præditus, antiquam hæc græcam versionem in latinam velut sui laboris nouale transtulit: hunc sequutus Gabriel Prateolus, in nostrum Gallorum idioma conuertit, nulla interpretandæ rei sollicitudine ducti, ac eapropter ab authoris sententia subinde diuagantes. Et licet Aegiptium non constet exemplar: Græcum tamen huius Pimandræ a peritissimo quopiam antiquo translatum esse liquet, cum dictionis venustate, tum admiranda verborum ἐμφάσει, in enunciandis tantæ philosophiæ secretis. Ficinus namq; hunc latino donans, sua liminari, qua via de Græca versione intellexerit, silentio prætermittit. Id vnum tamen effundit, Mercurium nempe literis Aegiptijs primum edidisse, eundemq; græcæ linguæ peritum, translato volumine Aegiptiorum mysteria Græcis communicasse. Quod habuisse videretur a religioso quodam Leonardo Pistoriensi, qui tra-

Etatum hunc, cui de Potestate & sapientia Dei nomen indidit, prior in Florentiã e Macedonia detulit, & manib. principis Cosma Medicis cõmisit. Cuius praecepto Ficinus in latinum tanquam a mecenate suscipiens, & suae culture noualia persoluēs, trãstulit. obiter quidem. transferendum enim non interpretandum volumẽ pluribus passim variatis necnon omiſſis aggressus est, quae omiſſa hac stellula * & hac virgula recta \ conclusa reperies. Non arbitror equidem Ficinum temere græcam versionem eidem Mercurio ascripsisse. Quocirca non immerito praesagiendum fuit, peritum quendam græcam editio nem constituisse. Quod secus Apuleio in traducendo volumine de voluntate Dei ab eodem Mercurio contigit. Is namq; aliqua vulgo prodidit, quae Mercurium nostrum idololatriae contagio (quamuis a se remotissimo) impie affecerunt, abrogato exemplari græco, ne (ut putatur) pateat illius in hunc patratum scelus. Homo namq; ἀμύσος, ac innumeris scelerib. obsitus legitur Apuleius. Quare non erit mirum tanti viri nomen, huius rixæ p̄s conatu impugnari. Quin proinde iustum censemus, fœdatum libellum (exemplaris græci redemptionẽ præstolantes) inter hæc omitti: ut quae citra labem ab hoc Diuino philosopho suscepimus, tibi vigili θεοφύλαξ ac pio lectori, augustum quidem opus, licet non pro sui dignitate cultum exhibeamus, temporis quidem lapsu vitio maculatum, sed pro conatu restitutum ac elucidatũ: ut Dei, tui, mundiq; noscendi copiam fauste perhibens, infima intelligentiæ Diuina nocua coerceat, & suprema sola mente concipienda, tuae speculationi coniuncta perpetuo foueat. De Mercurij vero ter maximi conditione & tempore plura narrantur: ac inter antiquos de hoc antiquissimo loquentes, non citra cõtrouersiam. Recetiorum vero Ioannes Functius chronologia sua Mercuriũ testatur floruisse, annis 21 ante legem Mosi datam in deserto, anno exitus israelis ab Aegypto. Quod etiam difficulter constabit. Nam apud antiquos receptum est, Mercurium hunc ideo Termaximũ nuncupari, quod iuxta vetustos Aegiptiorũ mores, a maximo philosopho in sacerdotiũ vocaretur, a maximo vero sacerdote in regem accitus esset. Vnde ter maximum illum dici, philosophum, sacerdotem, ac regem receptũ est, ac proinde in Aegiptios imperium obtinuisse cõstat: & apud eos literarum seu scripturae primordia comperisse. Antiquarum autem rerum scrutatores, plures inquit fuisse Mercurios, nec quis horum Trismegistus fuerit, satis constat. Hunc tamen a Cælo &

Cap. 10.
sect. 5.

Saturno progenitū propria testantur scripta, ac Aegyptijs $\Theta\omega\delta$ nuncupatū, quod nomen filio T at græcum pater scribens, inuariatis præcipuis literis transtulisse patet, sui nominis monimentum posteris inculcans, veram dictionem græcam $\epsilon\pi\upsilon\lambda\omega$, quæ Mercurium Latinis sonat, data opera præteriens, ne ab eo inchoatū nomen, a futura progenie deleteretur. Quod non parum indicat Mercurium sui ipsius græcum fuisse interpretem. Alius namq; Græcus Mercurij veram denominationem $\epsilon\pi\upsilon\lambda\omega$, ægre silentio prætermisisset: ut filio T at, patris ægyptiacam vocem $\Theta\omega\delta$ conferret: quæ quidem ab ipso Mercurio sumens originem, in futuras progenies graderetur. Quocirca non temere in tanta scribentium controuersia, Mercurius hic Trismegistus, aliorum Mercuriorū progenitor aut saltem secundus fuisse videretur, cum is ipse non a Mercurio, sed a Cælo & Saturno se genitum fateatur. Nam hac lege satius illi congruerent, quæ de tanto connumerantur homine. Literarum enim auctor esse non poterat,

Act. 7. c.

quin Moysi tempora præcederet. Moysen nãq; a cunabulis omni Aegyptiorū doctrina, scriptura sacra testatur imbutum, quod absq; literis fuisse difficile creditur. Nec insuper Aegyptiorum imperium consequi, post Pharaones, ac alia plerag; nomina, quibus, qui de ipso narant sibi congregiuntur. Præterea cū ante & post Moysen alij Aegyptijs imperantes historijs enumerati sint, Trismegistum antea regnū tenuisse necessarium appareret. Nō enim alias esset Mercurius Saturni filius, qualem se 10 cap. profitetur: nam floruit Saturnus Sarug atau Abraham temporibus. Quare circa tēpora Abraham illum floruisse putaremus. Inter quæ tam varijs fluctibus æstuantia præ vetustate rei, antiqui illius græci Suidæ scriptis consultis quæ de Mercurij tempore dixerit narrabimus. Ait namq; Suidas, Mercurium Trismegistum sapientem Aegyptium floruisse ante Pharaonem. Pharaonem autem fatur idem, illum fuisse Aegypti regem, qui sequentibus nomen indidit. Quare si primum Pharaonem præcesserit, non citra horum trium patriarcharum tempora fuisse constat, cum Abraham, Iacob aut Israelis tempore iam adessent regno Pharaones, hæc sagaci lectori a nobis collecta discutienda relinquimus. Quocirca Christiane lector, quoquo se vertat Termaximi illius status aut conditionis negotium, ys quæ de ipsius dicuntur tempore, disciplinam ab ipso traditam antepone: ac Mercurium suscipe, non modo itaquam philosophum prophetã, verum & philosophum euan-

gelista nomen promeritum. hic namq; gratiam præcipuis effectibus nunciatis homini propalavit, & huius salutem, a Dei filio uno homine regenerandis hominibus dato, pendere primus aperuit. Exponendum autem volumen utrisq; græcis ac latinis e regione constitutis curauimus characteribus, distinctiones sectionum ad interiorem exemplaris oram numeris designantes, quas quidem commentarijs gallicis scribendis obseruauimus. Aequi igitur boniq; consule & laborj nostro indulge.

Εἰς Ἑρμοῦ τῆς Τεισμεγίστου Ποιμένου βιβλίου
Στέφανος ὁ Μανιαλδός.

Ἐνθάδε οὐχ ἕξεις φοίβου χρησιμῆτος ὠδῶν·
 Ἡ βίβλος εἰ καίλω οὐ κατέχει σοφίῳ.
 Ἀλλ' Ἑρμοῦ μεγάλου ἕξεις παναληθεῖα φωνῶν,
 Καὶ μεγάλιο θεοῦ ῥήματα θεσπέσια.
 Εἰ σοφὸς εἶ, βίβλον λάβε εἰς χέρας, εἰ δέ γε νῆϊς
 Εἴ μουσῶν, βίβλον κ' λάβε εἰς παλάμας.
 Νῦν πάντεσι βῆτος λόγος Ἑρμοῦ, ὃς πρὶν ἀμαυρῆς
 Ο Φ Λ Ο Υ Σ Σ Α Σ ζῶφρον τὸ σκότος ἐσκέδασεν.

Mar. Monerius.

Hoc Græcæ nocuit sophiæ, quòd pallia, peræ,
 Centones, baculi, mendicæ opprobria dextra,
 Et genus id sordens vitam infamarit egestas,
 Cæterà Principibus quæ fortunatior esset.
 Ecce uni coïere simul Princépsque, Sophúsque:
 Pól Superi, credo, baculis Diademata mutant.

IN MERCVRII PIMANDRAM D.
Francisci Fluffatis Candallæ viri nobilissimi industria re-
stitutum, & Commentarijs doctissimis locupleta-
tum, Steph. Manialdus medicus
Burdigalensis.

*Plurima veridico secreta ex ore profudit
Doctorem veterum gloria Mercurius:
Quæ tenebris densis cæca & caligine mersa,
Nulli nota prius, delituere diu.
Gentis Aquitanæ ornamentum & gloria tandem
Franciscus Fluffas, nobiliumq; decus,
E tenebris tantis tam clarum extollere lumen
Aggreditur primus, primus & assequitur.
Mercurij Graij fuerant quæ trunca, resarcit:
Peruia cuiq; facit quæ salebrosa prius.
Illius abstrusos sensus, occultaq; dicta
Incepit patrijs irradiare sonis.
Quæ doctis doctæ & succinctè scripserat Hermes,
Exornat multis amplificatq; modis.
Quæq; prius docti non cognouere, repulsis
Nunc tenebris, rudibus sunt manifesta satis.
Non audita prius cognoscit dogmata doctus,
Philosophus veram repperit hic sophiam.
Pythagoras quicquid fertur dixisse tacendo,
Quicquid & eximium turba Cleanthis habet.
Socratico quicquid manauit ab ordine rarum,
Quod Plato, quod magnus scripsit Aristoteles.
Sanctorumq; etiam mysteria maxima patrum,
Hic inclusa latent, hicq; reclusa patent.
Haurit & hinc simplex etiam documenta popellus,
Et multa hic discit fœmina quæq; rudis.
Omnibus istud opus conscriptum est, turba sophorum
Hoc legat, hoc etiam rustica turba legat.
Franciscus Fluffas tam mira hoc arte poluit,
Prodesse ut cunctis atq; placere queat.*



MERCVRII TRISMEGISTI

PIMANDRAS.

CAPUT PRIMUM.



M eorum quæ sunt, aliquando speculatio
mihi contingeret, & intellectus meus subli-
mia peteret, sopitis penitus corporeis meis
sensibus: velut ijs qui somno premuntur eue-
nit, satietate pastus, aut defatigatione corpo-
ris: videbar mihi intueri immensum aliquem
mensura indefinita, qui me nomine vocans aiebat: quid audi-
re & videre cupis? quid discere & noscere sentis? Tum ego, Tu
quidem quis es? ² Ego enim, ait, sum Pimandras, mens eius qui
per se est. Video quid aues: ac tibi vbiuis adsum. ³ Aio ego, ea
quæ sunt ediscere volo, & horum naturam considerare, Deumque
cognoscere. quomodo, inquam, audire præopto? Mihi rursus
ait. Habe mente tua quæcumque discere cupis, & ego te erudiã.
Sic effatus formam transtulit, ac illico cuncta concepì temporis
articulo. ⁴ Tunc cerno indefinitum spectaculum, omnia quidem
lumen effecta, suaue ac hilare, quod amaui aspectans. Et pau-
lo post tenebræ deorsum ferebantur, partim trepidandæ ac tri-
stes effectæ, tortuose terminatæ: vt imaginarer me vidisse com-
mutatas tenebras in humidam quandam naturam, ultra quam dici
potest agitã, & velut ab igne fumum euomere, ac sonum aliquem
edere inenunciabilem & lugubrem. Sub hæc vox ex ipsa inarticu-
lata sic emittebatur, vt suspicarer vocem esse luminis. ⁵ Ex lumine
autem quid? Verbum sanctum naturæ superstabat, & ignis purus exili-
uit ex humida natura in sublime sursum: laevis enim erat & acu-
tus, simul ac efficax. Aer autem agilis existens consequeretur spiri-
tum, dum ascenderet ad ignem usque; a terra & aqua, * vt crederetur
ab ipso pendere |. Terra quidem & aqua manserunt in seipsa
commista, ita vt non videretur præ aqua. Hæc autem moue-
bantur a verbo spirituali, quod super ea ferebatur, ad audi-
tum. ⁶ Mihi autem Pimandras, Considerasti, ait, visionem
hanc, ac quid sibi velit? & noscam inquam ego. Lumen



ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ
ΠΟΙΜΑΝΔΡΗΣ.

1 **Ε**ΝΝΟΙΑΣ μοί ποτέ γενομένης περὶ τῶν ὄντων, καὶ μετ' ἐπειθείσης μοι τῆς θενοίας, σφόδρα καταχευθεῖσάν μου τῶν σωματικῶν αἰσθήσεων, ὡσπερ οἱ ἐν ὑπνῷ βεβαρημένοι ἐκ κόρου ξοφῆς, ἢ ἐκ κόπου σώματος, ἔδοξα τίνα ὑπερμεγέθη μέτρα ἀπειροεῖσω τυχεῖσθαι, καλεῖν τὸ ὄνομα, καὶ λέγοντά μοι, τί βέλει ἀκοῦσαι καὶ θεάσασθαι, καὶ νοήσας μαθεῖν καὶ γινῶναι. 2 Φημὶ ἐγὼ, σὺ γὰρ τίς εἶ; 2 Ἐγὼ μὲν, φησὶν, εἰμὶ ὁ Ποιμάνδρης, ὁ τῆς ἀσθεντίας νοῦς, οἶδα δὲ βέλει. καὶ πῶς εἰμι σοι πανταχοῦ. 3 Φημὶ ἐγὼ, μαθεῖν θέλω τὰ ὄντα, καὶ νοῆσαι τῶν ζῴτων φύσιν, καὶ γινῶναι τὸν θεόν. πῶς, ἔφω, ἀκοῦσαι βούλομαι; Φησὶν ἡ ἐμοὶ πάλιν, ἔχε νῶ σὺ ὅσα θέλεις μαθεῖν, καὶ γὰρ σε διδάξω. ἔτος ἡ ἐμὲ εἰπὼν, ἡλλάγη τῇ ἰδέᾳ, καὶ ἐυθέως πάντα μοι λῶσικτο ῥοπή. 4 Καὶ ὁρᾷ θεῶν ἀόριστον. φῶς δ' ἐπάντα γεγεννημένα ἡδῖόν τε καὶ ἰλαρόν. καὶ ἡράδην ἰδὼν, καὶ μετ' ὀλίγον σκότος καταφερές λῶ, ἐν μέρει γεγενημένον φοβερόν τε καὶ συγνόν, σκολιῶς ἡ πεπερασμένον. ὡς εἰκάσαι ἡ πεπερ- με εἰδὼτα μετὰ βαλλόμενον τὸ σκότος εἰς ὑγρὰν τίνα φύσιν, ἀφάτως εαμῆ- τεταραζμένω, καὶ καπνὸν ἀποδιδῶσαν ὡς ἀπὸ πυρός, καὶ τίνα ἡχον νον. ἀποτελεῖσθαι ἀνεκλέλιθον γῶδη. εἶτα βοή ἐξ αὐτῆς ἀσυνάρθρων ἐξεπέμπετο, ὡς εἰκάσαι φωνῶν φωτός. 5 Ἐκ δὲ φωτός τί. λόγος ἀγχιος ἐπέβη τῇ φύσει, καὶ πῦρ ἀκρατὸν ἐξεπήδησεν ἐκ τῆς ὑγρᾶς φύσεως ἀνω εἰς ὑψος. κοῦφον δ' ἐλῶ καὶ ὄξυ, δρασικόν τε ἄμψ. καὶ ὁ ἀήρ ἐλαφρὸς ὢν, ἠποκλάθησε τὰ πνεύματα, ἀναβαίνοντος αὐτοῦ μέχρι τῆς πυρὸς ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος, ὡς δοκεῖν κρέμασθαι αὐτὸν ἀπ' αὐτῆ. γῆ δ' ἐκαὶ ὕδωρ ἔμενε κατ' ἑαυτὰ συμμεμυγμένα, ὡς μὴ θεωρεῖσθαι ἀπὸ τῆς ὕδατος. κινούμενα δ' ἐλῶ, διὰ τὸν ἐπιφερόμενον πινύμετικὸν λόγον εἰς ἀκωλύ. 6 Ὅ δ' ἐ Ποιμάνδρης ἐμοὶ, ἐνόησας, φησὶν, τῶν θεῶν ταύτων, ὅτι καὶ βέλεται; Καὶ γινώσκωμαι, ἔφω, ἐγὼ. Τὸ φάσ

illud, ait, ego mens Deus tuus sum, qui sum ante naturā humidam, quæ ex tenebris eluxit. Quod autē ex mente lucidū verbum, Dei filius est. Quid ergo? inquā. Sic nosce. Quod in te videt, & audit, verbum domini: mens autē, Pater Deus. Nō etenim seiunguntur a se inuicem: vnitas nāq; horum est vita. ⁷ Gratias tibi ago, inquā ego. Attamen cōsidera lumē & hoc cognosce. Hæc loquutus, multo tēpore ex aduerso me fixus aspexit, ita vt eius tremere figurā. Abnuente autē eo, speculor in mē te mea lumen in virib. innumeris existens, & mundū indefinitum effectum, ac obsessum esse ignē virtute maxima, & statum tenuisse coactum. Hæc autem ego percipiens animaduerti ob Pimandræ verba. ⁸ In meo autē stupore existenti ait mihi denuo. Vidisti in mente tua exemplarem speciē antiquiorē principio interminato? Hæc mihi Pimandras. Ego inquā. Naturæ elementa vnde prodierunt? Rursus ille ad hæc. Ex voluntate Dei, quæ assumens verbū, & videns pulchrum mundū imitata est, mundū construens per sui ipsius elemēta & germina nuda. ⁹ Mens autē deus ambisexus existens vita & lumen, vt auctor peperit Verbo alteram mentem opificem, quæ Deus ignis & spiritus existens construxit dispensatores quosdam septē, in circulis cōplectentes mundum sensibilem, & dispensatio ipso fatū nuncupatur. ¹⁰ Profilijt mox a deorsum ruentib. elementis Dei, Verbum Dei, ad purū naturæ artificium, & coniunctū est opifici Menti. Coessentialia nāque erat. Et dimissa sunt sine ratione deorsum vergentia Naturæ principia, vt sint materia sola. ¹¹ Opifex autē mens vna cū Verbo cōplectens circulos & rotans stridore impetus, versauit sua ipsius opificia, & permisit volui a principio indefinito ad infinitū finem. Inde nāq; incipit vbi desinit. Horū autē circūlatio, vt menti placuit, ex deorsum cadentib. elementis animantia cōflauit ratione destituta. non enim rationē eis cōcessit. Aer volatilia protulit, aqua nautantia. Discreta sunt autē abinuicē terra & aqua quatenū mens voluit & produxit a se, quæ habebat animalia, quadrupedia, reptilia, beluas, fera, ac cicura. ¹² Pater autē oīum mēs vita & lumē existēs, hominē sibi similit enixa est, quē pprij partus instar amauit. Valde pulcher em̄ erat, patris imaginē habens. vere ete-

ἐκεῖνο, ἔφη, ἐγὼ, νοῦς ὁ σὸς θεός, ὁ παρ' φύσεως ὑγραστῆς ἐκ σπό-
 τους φανείσης. ὁ δὲ ἐκ νοῦς φωτεινὸς λόγος, υἱὸς θεῆ. Τί οὖν; φη-
 μί. Οὐτῷ γὰρ. τὸ ἐν σοὶ βλέπον καὶ ἀκούον, λόγος κυρίου. ὁ δὲ
 νοῦς, πατὴρ θεός. 8 καὶ γὰρ διέστανται ἀπὸ ἀλλήλων. ἔνωσις γὰρ τού-
 7 των ἐστὶν ἡ ζωὴ. 7 Εὐχαριστῶ σοι, ἔφην ἐγὼ. ἀλλὰ δὴ νόει τὸ
 φῶς, καὶ γὰρ εἰζετέτο. Εἰπόντος ταῦτα, ὅτι πλείονα χρόνον ἀν-
 τώπησέ μοι, ὡς με τρέμειν ἄνω τῶν ἰδέων. ἀνανεύσαντος δὲ,
 θεωρῶ ἐν τῷ νοί μου, τὸ φῶς ἐν δυνάμεσιν ἀναειδημίτοις ὄν, καὶ
 κόσμον ἀπερίοριστον γενημένον, καὶ περιέχον τὸ πῦρ δυνά-
 8 μει μεγίστη, καὶ σάσιν ἐχηκέναι κρατούμενον. Ταῦτα δὲ ἐγὼ διε-
 νοήθην ὁρᾶν διὰ τὸν τῆ Ποιμάνδρου λόγον. 8 Ὡς δὲ ἐν ἐκπλή-
 ξει μου ὄντος, φησὶ πάλιν ἐμοί, εἶδες ἐν τῷ νῶ τὸ ἀρχέτυπον
 εἶδος τὸ παρὰ τὸν ἀρχετύπον τῆς ἀρχῆς τῆς ἀπεράντου. Ταῦτα ὁ Ποιμάν-
 9 δρου ἐμοί. Τὰ οὖν, ἐγὼ φημι, σοιχεῖα τῆς φύσεως, πόθεν ὑπέ-
 στη. Πάλιν ἐκεῖνος παρὰ ταῦτα. ἐκ βουλῆς θεοῦ, ἥτις λαβοῦσα
 τὸν λόγον, καὶ ἰδοῦσα τὸν καλὸν κόσμον, ἐμμήσατο κοσμοποι-
 9 δεῖσα διὰ τῶν ἑαυτῆς σοιχείων καὶ γεννημάτων τῶν ψυχῶν. 9 Ὁ δὲ τῶν
 νοῦς ὁ θεὸς ἀρρηνοθήλυς ὢν, ζωὴ καὶ φῶς ὑπάρχων, ἀπεκύησε λό-
 γον ἕτερον νοῦν δημιουργόν, ὃς θεὸς τῆ πύρρος καὶ πνεύματος ὢν,
 ἐδημιούργησε διοικητὰς τινὰς ἐσθλὰ ἐν κύκλοις περιέχοντας
 τὸν ἀσθητὸν κόσμον. καὶ ἡ διοίκησις αὐτῶν, εἰμαρμένη καλεῖ-
 10 ται. 10 Ἐπήδησεν ἐνδοῦς ἐκ τῶν κατωφερῶν σοιχείων τῆ θεοῦ, ὁ
 τῆ θεοῦ λόγος, εἰς τὸ καθαρὸν τῆς φύσεως δημιούργημα, καὶ ἠλώθη
 τῷ δημιουργῷ νῶ. ὁμοῦσις γὰρ ἦν. καὶ κατελείφθη τὰ ἄλλα
 11 τὰ κατωφερῆ τῆς φύσεως σοιχεῖα, ὡς εἶναι ὑπὸ μόνου. 11 Ὁ δὲ
 δημιουργὸς νοῦς σὺν τῷ λόγῳ, ὁ περιέχων τοὺς κύκλους, καὶ
 δινῶν ῥοίζῳ, ἔσπευε τὰ ἑαυτῆ δημιούργηματα, καὶ εἰάσε στρέφε-
 σθαι ἀπὸ ἀρχῆς ἀόριστου εἰς ἀπέραντον τέλος. ἀρχεται γὰρ οὗ
 λήγῃ. ἡ δὲ τούτων περὶ φεῶν, καθὼς θέλει ὁ νοῦς, καὶ ἐκ τῶν
 κατωφερῶν σοιχείων ζῶα ἠνέκεν ἄλλα. οὐ γὰρ ἐπέχε τὸν λόγον.
 αἶψα δὲ πετεινὰ ἠνέκεν, καὶ τὸ ὕδωρ νηκτά. διεσκέχθη δὲ
 ἀπὸ ἀλλήλων, ἡ τε γῆ καὶ τὸ ὕδωρ, καθὼς ἠδέλησεν ὁ νοῦς.
 καὶ ἐξήνεγκεν ἀπὸ αὐτῆς, ἃ εἶχε ζῶα τετραπόδα, ἔρπετα,
 12 θηρία, ἄγρια, καὶ ἡμερα. 12 Ὁ δὲ πάντων πατὴρ, ὁ νοῦς ὢν ζωὴ
 καὶ φῶς, ἀπεκύησεν ἀσθητὸν ἀπὸ ἴσον, οὐ κείσθη ὡς ἰδίου
 τόκου. περικαλλῆς γὰρ, τῶν τῆ πατρὸς εἰκόνα ἔχων. ὅτι ὡς γὰρ

nim propriam formam Deus amauit, concessitque ei sui ipsius
 omnia opera. ¹³ Cum autem considerasset in patre artificis
 constructionem, Ipse quoque operari voluit. Et relictus est
 a patre natus in opificiali globo, habens omnē facultatem co-
 gnoscendi fratrum operationes. Qui quidē amauerūt eum, vnus
 quisq; autē participem fecit eū proprii muneris. Et hauriens
 horū essentiā, ac assumpta eorū natura, voluit prūpere circulo-
 rū ambitū, ac imminentis igni potentiā opprimere. ¹⁴ Inde qui
 omnem potestatem mortaliū animantiū ac irrationalium mūdi
 habet, per harmoniā emerfit cōfracta potētia, & patefecit de-
 orsum latæ naturæ pulchrā Dei figuram. Quem intuens pul-
 chritudinis insatiabilis, omnē effectum gubernatorū in seipso
 habentē & Dei figuram, risit amore. Nimirum quia speciē pul-
 cherrimæ hominis formæ in aqua vidisset, ac vmbra in terra.
 Ipse autē videns figuram sibi similit̄ existentem in aqua, valde
 amauit eā, voluitq; ibi degere, & vna cū voluntate prolatus ef-
 fectus est: incoluitq; irrationalem formā. ¹⁵ Natura id quod a-
 mabat amplexa, tota se implicuit & coierunt: * sese nāq; dilige-
 bāt. Qua de re præter omnia, que super terrā animalia, duplex
 est homo, mortalis quidē causā corporis, immortalis autē pro-
 pter essentialē hominē: immortalis autem existēs, & omniū
 potestatem habens, mortalia patitur esse subdita fato. superior
 itaq; existens harmonia, per harmoniā fit seruus. Ambisexus
 vero, ab ambisexo patre, & insomnis, ab insomni domatur. ¹⁶ Et
 post hæc mens mea quid. * nā & ego ipse cupio sermonē. Pi-
 mandras vero dixit, Hoc est penetrabile mysteriū ad hanc vsque
 diē. Natura nāq; se permiscens homini miraculū edidit quā
 admirabile. Nā habens ipse harmoniæ horū septē naturam, vt
 tibi dixi, a Patre & Spiritu, non stetit natura: ast illico septē eni-
 xa est homines, iuxta naturas septē dispēsatorum masculofoe-
 mineas ac elatas. Quid præter hæc o Pimādra? In magnā enim
 cupidinem nunc prouehor, & opto audire, ne excurras. Et Pi-
 mandras ait. Sed sileo nondum enim tibi compleui primum
 sermonem. Ecce sileo, inquam ego. Facta est itaque horum
 septem generatio, vt dixi, hoc ordine. ¹⁷ Foeminea erat terra,
 Aqua autem falax. Ea enim ab igne maturitatem, ab aere vero

13 κὴ ὁ θεὸς ἠεράθη τῆς ἰδίας μορφῆς. καὶ παρέδωκε τὰ ἑαυτῶ πάντα δημιουργήματα. ¹³ Καὶ κατενοήσας δὲ τὴν τῆ δημιουργοῦ κτίσιν ἐν πατρὶ, ἠβελήθη καὶ ἄλλος δημιουργεῖν. καὶ συνεχωρήθη ἄπο τῆ πατρὸς γενόμενος ἐν τῇ δημιουργικῇ σφαιρᾷ. † ἔχων τὴν πᾶσαν † ἐξ ὧν ἐξουσίαν † κατενοήσας τ' ἀδελφῶν τὰ δημιουργήματα. οἱ δὲ ἠερά- † κατε-
 14 θησαν αὐτῶ. ἕκαστος δὲ μετεδίδου τῆς ἰδίας τάξεως. καὶ κατεμα- νόησε θῶν τὴν πύτων οὐσίαν, καὶ μετὰ λαβῶν τῆς ἑαυτῶν φύσεως, ἠβε- τῶ ἀδε
 λήθη ἀναρρήξαι τὴν περιφέρειαν τ' κύκλων, καὶ τὸ κράτος τῶ βπι- λφῶ.
 14 κειμένου βπι τῶ πυρὸς † κατανοήσας. ¹⁴ Καὶ ὁ τῶ τ' θνητῶν κόσμου † κατα ζῶων καὶ τ' ἀλόγων ἔχων πᾶσαν ἐξουσίαν, δια τῆς ἀρμονίας παρέκ- νοήσας. φεν ἀναρρήξας τὸ κράτος, καὶ ἔδειξε † τῇ κατωφερεῖ φύσει τὴν κα- † τὴν
 λλῶ τῶ θεοῦ μορφήν. ὃν ἰδοῦσα ἀκόρεσον κάλλος πᾶσαν ἐνέργησαν ἐν κατω-
 ἑαυτῶ ἔχοντα τῶν διοικηθῶρων, τὴν τε μορφῶν τῶ θεῶ, ἐμειδία- φερῆ
 σεν ἐράδι, αἰτε τῆς καλλίστης μορφῆς τῶ ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ εἶδος, ἐν τῶ φύσιν.
 ὕδατι ἰδῶσα, καὶ τὸ σίαισμα βπι τῆς γῆς. ὁ δὲ ἰδῶν τὴν ὁ μῖαν αὐτῶ
 μορφήν ἐν ἑαυτῶ οὔσαν ἐν τῶ ὕδατι, ἐφίλησε, καὶ ἠβελήθη τ' αὐτῶ οικεῖν. † αὐτῶ
 15 ἀμα δὲ τῇ βελῇ ἐγένετο ἐνέργησα. καὶ οἶκισε τὴν ἀλογον μορφήν. ¹⁵ Ἡ δὲ φύσις λαβοῦσα τὸν ἐσφῶμνον, περιπλάκη ὅλη, καὶ ἐμίγησαν. ἐσφῶ-
 μνοι γδ ἦσαν. καὶ δια τῶ το παρῶ πάντα τὰ βπι γῆς ζῶα, διπλοῦς ἐσιν ὁ ἀνθρωπος, θνητὸς μὲν δια τὸ σῶμα, ἀθάνατος δὲ δια τὸν οὐσιώδη ἀνθρωπον. ἀθάνατος γδ ὦν, καὶ πάντων τὴν ἐξουσίαν ἔ-
 χων, τὰ θνητὰ πάχει ὑπεκείμενα τῇ εἰμαρμένῃ ὑπεράνω οὔν ὦν τῆς ἀρμονίας, ἐναρμόνιος γέγονε δούλος. ἀρρενοθήλυς δὲ ὦν, ἐξ ἀρρενο-
 16 θήλυος ὦν πατρὸς, καὶ αὐπνος ἄπο αὐπνου κατετίται. ¹⁶ Καὶ μετὰ ταῦτα † ὦ νοῦς ἐμός. καὶ ἄλλος γδ ἐρά τῶ λόγου. Ὁ δὲ Ποιμῆν- † νοῦς ὁ
 θρης εἶπε, Τοῦτό ἐσι τὸ κεκρυμμένον μυσῆλιον μέχρι τῆς δε τῆς ἠ μέρας. ἠ γδ φύσις βπιμυγεῖσα τῶ ἀνθρῶ πω, λω' ἐπέ τι θαῦμα θαμ-
 μαισιώτατον. ἔχοίος γδ αὐτῶ τῆς ἀρμονίας τῶν ἐπῶ τὴν φύσιν, οὐ ἔφλω σοι. ἐκ πατρὸς, καὶ πνεύματος, σὺν ἀνέμενεν ἠ φύσις, ἀλλ' εὐθὺς ἀπεκύνου ἐπῶ ἀνθρῶποις, φρὸς τὰς φύσεις τῶν ἐπῶ διοικηθῶρον ἀρρενοθήλυας, καὶ μεταστάσις. Καὶ μετὰ ταῦτα, ὦ Ποιμῆνθρη. εἰς
 17 μεγάλην γδ νῦν βπιθυμίαν ἦλθον, καὶ πῶθῶ ἀκούσας. μὴ ἔλξε. Καὶ ὁ Ποιμῆνθρης εἶπεν, ἀλλὰ σιώπα. οὐπω γάρ σοι ἀνεπλήρῶσα τὸν φρεῖτον λόγον. Ἰδοῦ σιωπῶ, ἔφλω ἐγῶ. Ἐγένετο οὖν ὡς ἔαλω, † γὰρ
 17 τῶν ἐπῶ τῶτων ἠ γενεσις τῶα δὲ τῶ πω. ¹⁷ Θηλυκὴ † γῆ λω, † ἀβθε-
 καὶ ὕδωρ ὀχυλικόν. τὸ δὲ ἐκ πυρὸς, πέπειρον. ἐκ δὲ † ἀέρος εἰς

spiritum suscepit: & protulit natura corpora ad hominis speciem. Homo autem a vita & lumine genitus est in animam & mentem, a vita quidem animam, a lumine vero mentem. Et ita steterunt omnia sensibilis mundi vsq; ad circuitus finem.

¹⁸ Audi reliquum quē appetis audire sermonem. Cōpleto ambitu solutus est omniū nexus, ex voluntate Dei. Omnia nanq; animalia ambisexa existētia distinguebantur, vna cū homine: & fiebāt masculina partim aliqua, & perinde quædā foeminea. Deus autē mox Verbo sancto dixit. Crescite in incrementum & multiplicemini in multitudinem, omnia creata ac opificia mea: & agnoscat seipsum quisq; mente præditus immortalē esse, ac causam mortis esse cupiditatē, & oīa quæ sunt. ¹⁹ Hoc dicens prouidentia per fatū & harmoniā temperamenta fecit, ac generationes condidit, & multiplicata sunt iuxta proprium genus omnia. Et qui seipsum recognouit in præcipuū bonum accessit: at qui errore cupidinis corpus amauit, hic manet in tenebris seductus, sensu patiens ea, quæ sunt mortis. ²⁰ Quid haetenus peccant, inquā ego, qui ignorant, vt immortalitate priuentur. Videris, o amice, sollicitus non fuisse eorū quæ audisti. Non inquā tibi intellexisse videor? Quinimo percipio & memini, ac gratias vna persoluo. Si intellexeris, dic mihi, cur digni habentur morte, qui in morte existunt. Eo quod amicū corpus præoccupāt inuisę tenebræ. Inde natura humida, a qua corpus constitutum est in sensili mundo, ex quo mors trahitur. Recte consideras o amice. ²¹ Qua via autē intellexisti teipsū in id progredi, quod habet dei verbū? Ego inquam. Quia ex luce & vita constat Pater omniū, a quo natus est homo. Bene, inquit, dicis. Vita & lux Deus est, & pater à quo natus est homo. Si itaq; discis te ex vita & luce constitutū, * quodq; ex his constas |, in vitā denuo euades. Hęc loquutus est Pimādras. Sed præter hęc mihi dicas, Quo pacto in vitā progrediar, inquā ego, o mens? ²² Meus enim Deus dixit, Homo qui mente affectus est, agnoscat seipsum. Nō igitur homines omnes mentē habēt? Bene, ait, loqueris o amice. ²² Adsum ego mens proprijs, bonis, sinceris, miserantibus, & pie viuentibus. Comitatus meus fit illis præfidū: & actutum omnia cognoscūt: ac patrē placant ex animo:

18

19

20

21

22

50

52

54

τὸ πνεῦμα ἔλαβε. καὶ ἐξήνεκεν ἡ φύσις τὰ σώματα πρὸς τὸ εἶδος τῆ ἀνθρώπου. ὁ δὲ ἀνθρώπος ἐκ ζωῆς καὶ φωτός ἐγένετο εἰς ψυχλὴν καὶ νοῦν. ἐκ μὲν ζωῆς ψυχλὴν, ἐκ δὲ φωτός νοῦν. καὶ ἔμεινεν οὕτω τὰ πάντα τῆ ἀσθητοῦ κόσμου, μέχρι περιόδου τέλους.

- 18 ¹⁸ Ακουε λοιπὸν, ὃν ποιεῖς λόγον ἀκοῦσαι. τῆς περιόδου πληρωμένης, ἐλύθη ὁ πάντων συνδέσμος ἐκ βουλῆς Θεοῦ. πάντα γὰρ τὰ ζῶα, ἀρρένοθῆλυ ὄντα, διελύετο ἅμα τῆ ἀνθρώπου, καὶ ἐγένετο, τὰ μὲν ἀρρένικα, ἐν μέρει, τὰ δὲ θηλυκὰ ὁμοίως. ὁ δὲ Θεὸς ἐν τῷ εἰπωμένῳ λόγῳ, ἀξίανθε ἐν ἀξίησει, καὶ πληθύνθε ἐν πλήθει πάντα τὰ κτίσματα, καὶ δημιουργήματα καὶ ἀναγνωρισάτω ὁ ἔνοιος ἑαυτὸν ὄντα ἀθάνατον, καὶ τὸν ἀτιον τῆ θανάτου ἔρχετα, καὶ πάντα τὰ ὄντα.
- 19 ¹⁹ Τοῦτο εἰπὼντος, ἡ φερόνιο διὰ τῆς εἰμαρμένης καὶ ἀρμονίας τὰς μίξεις ἐποιοῦσατο, καὶ τὰς γενέσεις κατέστησε. καὶ ἐπληθύνθη κατὰ γένος τὰ πάντα. καὶ ὁ ἀναγνωρίσας ἑαυτὸν, ἐλήλυθεν εἰς τὸ περιούσιον ἀγαθόν. ὁ δὲ ἀγαπήσας τὸ ἐκ πλάνης ἐρώτως σῶμα, οὗτος μένει ἐν τῆ σκότει πλανώμενος, ἀσθητῶς πάχων τὰ τῆ θανάτου.
- 20 ²⁰ Τί τοσοῦτον ἄμαρτάνουσιν, ἐφῶ ἐγὼ, οἱ ἀγνωοῦντες, ἵνα σερηθῶσι τῆς ἀθανασίας. Εοικας, ὡ ἔτος, τῆ μὴ πεφρονημένα ὦν ἤκουσας. Οὐκ ἐφῶ σοι νοεῖν; νοῶ καὶ μνησκομαι· ἐυχαιεῶ δὲ ἅμα. Εἰ ἐνόησας, εἰπέ μοι, διὰ τί ἀξιοῖ εἰσι τῆ θανάτου, οἱ ἐν τῆ θανάτου ὄντες. Ὅτι τὸ φερόνιο ἔχειται τῆ οἰκείου σώματος τὸ συγνὸν σκότει φερότος, ἐξ οὗ ἡ ὕψα φύσις, ἐξ οὗ τὸ σῶμα συνέστηκεν ἐν τῆ ἀσθητῆ κατέρκωστω, ἐξ ἧς θανάτου ἀρδύεται. Ἐνόησας ὀρθῶς, ὡ οὗτος. ἔχειται.
- 21 ²¹ Κατὰ τί δὲ ἐνόησας ἑαυτὸν εἰς τὸ αὐτὸ χωρεῖν, ὅπερ ἔχει ὁ τῆ αὐτῆ Θεοῦ λόγος. Φημι ἐγὼ, ὅτι ἐκ φωτός καὶ ζωῆς συνέστηκεν ὁ πατήρ πάντων ὄλων, ἐξ οὗ γέγονεν ὁ ἀνθρώπος. Εὐ τὸ φησὶ λαλῶν, τὸ φημι φῶς καὶ ζωὴ ἐσὶν ὁ Θεός, καὶ ὁ πατήρ, ἐξ οὗ ἐγένετο ὁ ἀνθρώπος. εἰάν οὖν μάθης ἑαυτὸν ἐκ ζωῆς καὶ φωτός ὄντα, καὶ ὅτι ἐκ τούτων τυλάνεις, εἰς ζωὴν πάλιν χωρήσεις. Ταῦτα ὁ Ποιμάνδρης εἶπεν. ἀλλ' ἐπι μοι εἰπέ, πῶς εἰς ζωὴν χωρήσω, ἐγὼ ἐφῶ, ὡ νοῦς. Ἐμός φησὶ γὰρ ὁ Θεός, ὁ ἔνοιος ἀνθρώπος ἀναγνωρισάτω ἑαυτὸν. τὸ γὰρ εἰ πάντες τὸν ἀνθρώπου νοῦν ἔχουσιν. Εὐ τὸ φησὶ ὡ ἔτος λαλῶν. τὸ φημι
- 22 ²² Παραγίνομαι ἐγὼ ὁ νοῦς τοῖς τῆ ἰδίῳις, καὶ ἀγαθοῖς, καὶ κασταροῖς, καὶ τῆ ὀσί-ἐλεήμοσι, τοῖς εὐσεβῶς βιῶσι. καὶ ἡ παρουσία μου γίνεται βοήθεια, καὶ οἱς, ἐν τῷ τὰ πάντα γνωρίζεις, καὶ τὸ πᾶν ἰλάσσοιαι ἀγαπητικῶς,

& gratias habent benedicentes, & hymnos ipsi ordine præ amore canentes. Ac priusquã corpus transferãt propriæ morti, abhorrent sensilia, cõspicientes eorũ effectus. Quinetiã non permittã ego mens ipsa, irruẽtes effectus corporis ad finẽ per duci. Ianitor existens, obturo vias malorũ & obscœnorũ effectuum, cogitationes intercipiens. ²³ Ab insipientib. autẽ, malis, improbis, inuidis, auaris, homicidis, & impijs, procul absum, vindici cedens genio, qui ignis acumen incitans, vulnerat ipsos per sensus: & præter hæc ad scelera eos præparat: vt maiorem vindictam incurrãt: & non vacat, quin ad inexplebiles cupidines desiderium eorũ insaturabiliter eleuet. Ac in tenebris pugnans hos conficit, & magis torquet, ac in ipsos ignẽ vehementius auget. ²⁴ Recte me oĩa, vt i optabã, edocuisti, o mens. Tum etiã dic mihi de faciendo ascensu. Ad hæc loquutus est Pimãdras. Primo quidẽ in corporis materialis resolutione, datur ipsum corpus alterationi, & figura, quã habebas, obtutũ effugit: ac animi indoles effectus expers Dæmoni restituitur, & corporis sensus se in suas origines recipiunt, partes effecti, ac denuo in sua munera cõgressuri. Insuper ira & cupiditas in naturã rationis expertẽ procedit. Ita reliquum per harmoniã sursum p̄dit. Et primẽ zonã dat augendi & minuẽdi efficaciam: Secũdẽ machinam malorũ, nempe dolũ effectus expertẽ: Tertie cupiditatis suadelã effectũ vacuã: Quartẽ imperiosam ostentationẽ potentia nudatam: Quintã cõfidentiam iniquã, & audaciã temeritatẽ: Sextã occasiones malas diuitiarũ effectũ quasas: Septimẽ zonã insidiosum mendaciũ. Et hoc temporis harmoniã nudatus effectibus, fit super octauã naturam, propriam virtutẽ habens, & cum ibi degentib. patrẽ canit. * Cõgaudent autẽ astantes huius præsentia, & similis factus simul stantib. audit & potestates super octauã naturam cõstitutas, voce quadã peculiari Deum canentes. Tum demũ cõposite ad patrẽ ascendunt. Et hi in potestates seipsos dantes, ac potestates effecti, in Deo fiũt. Hoc est bonus finis, vt qui cognitionẽ adepti sunt in Deo fiant. ²⁵ Ceterũ quid moraris, quin hæc oĩa ita sumens ductor viẽ fias eorũ, qui digni sunt, vt humanitatis genus per te a Deo incolume seruetur. Hęc loquens mihi Pimandras pote-

κὴ ἔυχαριστοῦσιν ἐυλογοῦντες, κὴ ὑμνοῦντες τεταγμένως πρὸς αὐτὴν τῇ
σοργίῃ· κὴ πρὸς τὰ παραδούνα τὸ σῶμα ἰδίῳ θανάτῳ μυστήτοιαι
τὰς ἀσκήσεις, ἐιδότες αὐτῶν τὰ ἐνεργήματα· μᾶλλον δὲ ἐν ἑαυτοῦ

55

23 μάτων τὰς ἐπιθυμίας ἐκκόπτων. 23 Τοῖς δὲ ἀνοήτοις, κὴ κακοῖς, κὴ
πονηροῖς, κὴ φθονεροῖς, κὴ πλεονέκταις, κὴ φονεῦσι, κὴ ἀσεβέσι πόρρωθεν
εἶμι, τὰς πτωρῶν ἐκχωρήσας δαίμονι, ὅσις τὴν ὀξύτητα τῆς πύρρος πωρο-

56

σβάλλων, φέρσκει τὸ αὐτοῦ ἀσκήτικῶς, κὴ μᾶλλον ὀπί τὰς ἀνομίας
τὸ αὐτοῦ ὀπλιζέι, ἵνα τὸ πύρρος μείζονος πτωρίας· καὶ ἐπάυται ἑῶ
ὀρέξεις ἀπλείουσι τὴν ὀπιθυμίαν τὸ ἀνέχων ἀκορέσως, σκοτομαχῶν καὶ
τὸ τῆς ἀφανίζει, κὴ ὀπί πλέον βασιανίζει, κὴ ἑῶ τὸ αὐτοῦ πύρρος πλεί-

† αὐτὸν

† αὐτὸν

† πύρρην

† ἔχων

24 ον αὐξάνει. 24 Εὐ με πάντα, ὡς ἐβελόμην, ἐδίδαξας, ἃ νοῦς.
ἐπὶ δέ μοι εἰπὼς περὶ τῆς ἀνόδου τῆς γινομένης. Πρὸς ταῦτα ὁ Ποι-

† τῆτον

† αὐτὸν

μάνδρης εἶπες, πρὸς τὸν μὲν ἐν τῇ ἀναλύσει τῆς σώματος τῆς ὑλι-
κοῦ παραδίδωσι αὐτὸ τὸ σῶμα εἰς ἀλλοίωσιν. καὶ τὸ εἶδος, ὃ εἶ-
χες, ἀφανὲς γίνεταί. καὶ τὸ ἦθος τῶν δαίμονι ἀνεργήτων παραδί-
δωσι, καὶ αἱ ἀσκήσεις τῆς σώματος εἰς τὰς ἑαυτῶν πηγὰς ἐπαίνερ-
χοῦται μέρη γινόμενα, καὶ πάλιν τὸ συνανιστάμενα εἰς τὰς ἐνεργείας.

† συνι-

σάμε-

ναί

καὶ ὁ θυμὸς, καὶ ἡ ὀπιθυμία εἰς τὴν ἄλορον φύσιν χωρεῖ. ἔτιως ὀρμᾶ
λοιπὸν ἀνω δὲ τῆς ἀρμονίας, καὶ τῇ πρῶτῃ ζῶνῃ δίδωσι τὴν ἡξι-
πικὴν τὴν ἐνεργείαν, καὶ τὴν μειωτικὴν. καὶ τῇ δευτέρῃ τὴν μηχανὴν τὴν

† ἐνερ-

χειαν

ἀνεργήτων. κὴ τῇ τετάρτῃ τὴν ἀρχοντικὴν πρῶταν ἀπλοῦς ἐνεργείαν.
καὶ τῇ πέμπτῃ τὸ θεῶδες τὸ ἀνόσιον, κὴ τῆς τόλμης τὴν πρῶτην ἐνεργείαν.
κὴ τῇ ἕκτῃ τὰς ἀφορμὰς τὰς κακὰς τῆς πλεῖστες ἀνεργήτους, κὴ τῇ ἑβδό-

67

68

μη ζῶνῃ, τὸ ἐνεδρεῦον ψεύδος. κὴ τότε γυμνωθεὶς ἀπὸ τῆς ἀρμονίας
ἐνεργημάτων, γίνεταί ὀπί τὴν ὀγδοατικὴν φύσιν τὴν ἰδίαν δύναμιν
ἔχων, κὴ ὑμνεῖ σὺν τοῖς ἑσσι τὸ πᾶν. συλαχάρουσι δὲ οἱ παρόντες τῇ τῶ-
τε παρυσία, κὴ ὁμοιωθεὶς τοῖς συνῆσιν, ἀκεί κὴ τῆς δυνάμεων ὑπὲρ τὴν
ὀγδοατικὴν φύσιν ἐσῶν φωνῆ πνὴ ἰδία ὑμνωσῶν τὸ θεόν. κὴ τότε τάξει

69

25 τοῖς γνωσιν ἐχνηβόσι θεωθλήμα. 25 Λοιπὸν τί μέλλεις, ἐχὼς πάντα πα-
ραλαβὼν, καθοδηγὸς γίνῃ τοῖς ἀξίαις, ὅπως τὸ γένος τῆς ἀθεσπότη-
τος διὰ σὲ ὑπὸ θεῶ σωθῆ. Ταῦτα εἰπὼν ἔμελλε ὁ Ποιμάνδρης, ἐμίσην τοῖς

statib. se miscuit. Ego autem, actis gratijs, benedicens patrem
 omnium surrexi, ab ipso roboratus ac edoctus vniuersi naturā,
 & maximā visionem. Tum cœpi hominib. proclamare pieta-
 tis & noticiæ pulchritudinē. O populi viri terrigenæ, qui temu-
 lentia ac somno Deiq; ignorantia vos ipsos cōsecratis, sobrii
 estote, quiescite autē crapulātes, delusi somno rationis exper-
 te. Qui audientes cōcurrunt vnanimēs. Ego inquā. Quid vos
 ipsos, o viri terrigenæ, in mortē dedidistis, facultatem habētes
 immortalitatis participes esse. Resipiscite qui cū errore cōmer-
 cium habuistis, ac cū ignorantia cōmunicastis: liberamini a te-
 nebrosa luce, immortalitatis estote participes, corruptionem
 deserentes. Aliqui autē eorum deludētes abierunt, viæ mortis
 se ipsos deuouentes. Alij vero vt se ipsos docerē rogabant, ad
 pedes meos decūbentes. At ego eos eleuās dux effectus sum
 profapia verba docens quī & quomodo salui fiant. Tū in seui
 ipsis sapientiæ sermones, & alti sunt aqua immortalī. Vespera-
 scente autē die, & solis aurora penitus occūbente, iussi ipsos
 Deo gratias habere. Et adimplentes gratiarū actionem, vnus-
 quisq; in propriā secessit cellam. Ego autē Pimandræ benefi-
 centiam in me inscripsi, & repletus eorū quæ volui, lætus quie-
 ui. Factus est autē corporis somnus animæ sobrietas, & oculo-
 rum cōpressio, vera visio, silentium meum, prægnans boni, ser-
 monis autē prolatio, foetus bonorum. Hoc mihi contigit susci-
 pienti a mente mea, id est Pimandra per se existentia Verbo.
 Vnde Diuinitus veritate afflatus veni. Quamobrē ex anima ac
 totis virib. do benedictionē patri Deo. ²⁶ Sanctus Deus pater
 omnium. Sanctus Deus, cuius voluntas adimpletur a proprijs
 virtutibus. Sāctus Deus qui cognosci vult, & a proprijs cogno-
 scitur. Sanctus es, qui Verbo constituisti quæ sunt. Sanctus es,
 cuius vniuersa natura est Imago. Sanctus est, quem natura non
 finxit. Sanctus es omni virtute fortior. Sāctus es omni affluen-
 tia maior. Sanctus es excellentior omni laude. Suscipe Verbo-
 rum hostias puras, ab anima & corde tibi oblatas. O ineffabilis,
 * interminate | silentio compellāde, obsecranti ne abnuas, co-
 gnitionē essentia nostræ propria mihi annue: ac robora me: &
 qui in huius gratia ignorantia sunt, illustra, generis mei fratres,

δυνάμειν. ἐγὼ δὲ ἔυχαιρήσας, καὶ ἔυλογήσας τὸ πατέρα τῶν ὄλων,
 ἀνέστην ὑπὸ ἑαυτῶν δυνάμειν, καὶ διδάχθεις τῶ πάντων τῶ φύσιν,
 καὶ τὴν μεγίστην θεῶν καὶ ἡρίμα κηρύσσειν ὅτις ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ τῆς
 εὐσεβείας καὶ γνώσεως † κάλλος. ὧ λαοὶ ἄνδρες γηγενεῖς, οἱ μέθη καὶ † κλέος
 ὑπὸν ἑαυτῶν ἐκδεδωκότες, καὶ τῆ ἀγνοίᾳ τῶ θεοῦ, νήλῳ. πᾶσαι
 αὖτε δὲ κραυγαλέωντες, θεληγόμενοι ὑπὸν ἀλόγῳ. οἱ δὲ ἀκῆσαντες,
 παρεγένοντο ὁμοθυμαδόν. Ἐγὼ δὲ, φημι, τί ἑαυτοὺς, ὧ ἄνδρες γι-
 γενεῖς, εἰς θάνατον ἐκδεδώκατε, ἔχοντες ἕξασίαν τῆς ἀθανασίας
 μεταλαβεῖν; μετάνοήσατε οἱ σιωποῦσαντες τῆ πλάνῃ, καὶ συκοινο-
 νήσαντες τῆ ἀγνοίᾳ. ἀπαλλάγητε τῶ σκοτεινοῦ φωτός, μεταλάβετε
 τῆς ἀθανασίας καὶ ἀλείψαντες τὴν φθοράν. καὶ οἱ μὲν αὐτῶν κατὰ
 φλυαρήσαντες ἀπέστησαν, τῆ τῶ θανάτου ὁδῶ ἑαυτοῦς ἐκδεδωκότες.
 οἱ δὲ παρεκάλουν διδάχθῆναι ἑαυτοὺς πρὸν ποδῶν μου ῥίφαντες.
 Ἐγὼ δὲ ἀναστήσας αὐτοὺς, κατὰ διηγὸς ἐγενόμην τῶ γένει, τοὺς λό-
 γους διδάσκων, πῶς καὶ τίνι ζῶπῳ σωθήσονται. καὶ ἔσπειρα αὐ-
 τοῖς τοὺς τῆς σοφίας λόγους. καὶ ἔβραβησαν ἐκ τῶ ἀμβροσίῳ ὕδατος.
 Ὁψίας δὲ γενομένης, καὶ τῆς τῶ ἡλίου ἀυγῆς ἀρχομένης δὲ ἐσθ' ὅλης,
 ἐκέλευσα αὐτοῖς ἔυχαιρῆν πρὸ θεῶ. καὶ ἀναπνεύσαντες τὴν ἔ-
 χασίαν, ἕκαστος ἐτέρεπῃ εἰς τὴν ἰδίαν κοίτην. ἐγὼ δὲ τὴν ἐνεργε-
 σίαν τῶ Ποιμάνδρου ἀνεγραψάμην εἰς ἑμαυτόν. καὶ πωληροθεῖς ὧν
 ἠθέλον, ἐξηυφράνθην. ἐγένετο γὰρ ὁ τῶ σώματος ὑπνος, τῆς ψυχῆς
 νῆψις· καὶ ἡ κάμμισις τῶ ὀφθαλμῶν, ἀληθινῆ ἔρασις· καὶ ἡ σιωπῆ
 μου, ἐκλύμων τῶ ἀγαθῶ· καὶ ἡ τοῦ λόγου ἐκφραξ, γεννήματα ἀγα-
 θῶν. τοῦτο δὲ συνέβη μοι λαβόντι δὲ τοῦ νόου μου. τῶ τ' ἐστὶ, τοῦ Ποι-
 μάνδρου τοῦ τῆς ἀσθεντίας λόγου, ὅθεν θεόπνοιοι γενόμενος τῆς ἀλη-
 θείας ἠλθον. διὸ δίδωμι ἐκ ψυχῆς καὶ ἰχύος ὅλης εὐλογίαν πρὸ πα-
 26 τρὶ θεῶ. ²⁶ Ἅγιος ὁ θεὸς ὁ πατὴρ τῶ ὄλων ἅγιος ὁ θεός, ἔ ἡ βελὴ τε-
 λεῖται δὲ τῶ ἰδίων δυνάμειν ἅγιος ὁ θεός, ὅς γὰρ ἠνάμ βέλῃται, καὶ
 γνώσεται τοῖς ἰδίοις ἅγιος εἶ ὁ λόγῳ συσησάμενος τὰ ὄντα ἅγιος εἶ, ἔ
 πᾶσαι φύσις εἰκῶν ἔφυ ἅγιος εἶ, ὅν ἡ φύσις ἐκ ἐμόρφωσεν ἅγιος εἶ, ὁ πᾶ-
 σης δυνάμειν ἰχυρότερος ἅγιος εἶ, ὁ πᾶσις ἰπεροχῆς μείζων. ἅγιος εἶ,
 ὁ κρείσσων τῶ ἐπαύων. δέξαι λογικῶς θυσίας, ἀγναὶ δὲ τῶ ψυχῆς καὶ
 καρδίας πρὸς σὲ ἀγαπητέμενας, ἀνεκλάλητε, ἀρρήτε, σιωπῆ φω-
 νούμην. ἀγαθέμενον τὸ μὴ σφαλλῶσαι, τῆς γνώσεως τῆς κατ' οὐ-
 σίαν ἡμῶν ὁπίπνυδόν μοι, καὶ ἐνδυνάμωσόν με, καὶ τῆς χά-
 ρειος ταύτης φώπσον τοὺς ἐν ἀγνοίᾳ τοῦ γένει μου ἀδελφούς,

filios vero tuos. Quamobrem credo, ac testor, in vitā & lucem transeo. Benedictus es Pater. Tuus homo tecū sanctus fieri cupit, perinde ac illi omnem potestatem concessisti.

MERCVRII TRISMEGISTI AD ÆSCV-
LAPIVM SERMO VNIVERSALIS.

CAPUT SECUNDUM.



El Deus, vel Diuinitas, nunc aio esse non quid factum, quinimo quid non factū esse. Si quidem sit diuinitas, essentia præditum est. Si autē Deus, non essentia præditum. Aliàs autē intellectui patens hac arte. Nā Deus primus est intellectui nostro patens nō sibi ipsi. Quod enim intellectu percipitur, intelligenti per sensum subiacet. Non itaq; deus a se intelligitur. nō enim velut aliud quicquā ab intellectu existens a seipso intelligitur: sed nobis aliud quid est: quapropter a nobis intelligitur. ² Quod si intellectui patefiat locus, nō vt Deus * sed tanquam locus. Si quidem veluti Deus, non vt locus, sed velut efficacia capax. Omne autē motum non in mobili mouetur, sed in stante: & mouēs quiescit. Nō enim simul cum ipso moueri potest. Quoniam igitur pacto, o Trismegiste, quæ hic degunt, simul cum motis mouentur. Cum enim dixeris errātes sphaeras moueri ab sphaera aplanā. Non est hic, o Æsculapi, motus, sed motus contrarietas, cum non pariter, quin etiam opposite inter se moueantur. Oppositio nanq; obluſtationē motus habet stabilem. Nā renitentia statum præ se fert. ³ Errantes igitur sphaeræ contrario aplanæ motę, abinuicem contrario occurſu circa repugnantīā ab stante mouentur, ac secus haberi nō potest. Nā vřlas has, quas mergere nec conspicis, nec emergere, attamen circa idem se circumuehētes, moueri existimas, an quiescere? Moueri, o Trismegiste. Quali motu o Æsculapi? eo quo circa idem voluuntur, latio autē circa idem, * & circa idem motio, a fixo cohibetur. Nā quod est circa, impedit quod vltra idē est. Impedito autem eo, quod vltra idem est, quiescēte in id quod circa idem est: haud secus opposita latio stabilis est, cum a re-

υίους δὲ σοῦ. διὸ πσεύω, καὶ μαρτυροῦμαι, εἰς ζωὴν καὶ φῶς χωρὰ· ἐυ-
λογητός εἶ πάτερ· ὁ σὸς ἀδελφός σου ἀγαθὸς σου βούλεται, καὶ δὸς
παρέδωκας αὐτῷ τὴν πᾶσαν ἐξουσίαν.

ΕΡΜΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΑΣΚΛΗΠΙΟΝ ΛΟΓΟΣ

† ΤΑΤ

ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ.

1



Θεός, ἢ τὸ θεῖον λέγω νῦν ἢ τὸ γεννητὸν ἀλλὰ
τὸ ἀγεννητον. ἕω μὲν οὖν ἢ θεῖον, ἢ σῶδες ἐσιν
ἕω δὲ ἢ θεός, ἀνεσίασον γίνεσθαι. ἄλλως δὲ νοη-
τός ἐστω. νοητός γὰρ πρῶτος ὁ θεός ἐσιν ἡμῖν, ἕχ
ἑαυτῷ. τὸ γὰρ νοητὸν τῷ νοῦντι ἀποδέσσει ὑποπί-
πτει. ὁ θεός ἐκοῦν ἐχ ἑαυτῷ νοητός. ἢ γὰρ ἄλλο
πᾶν τῷ νοεμένου, ὑφ' ἑαυτῷ νοεῖται ἡμῖν δὲ ἄλ-

2 λό τί ἐσι· δεῖ τῷ ἡμῖν νοεῖται. ² Εἰ δὲ νοητός ὁ τόπος, ἕχ ὁ θεός, ἀλλ'
ὁ τόπος· εἰ δὲ καὶ ὡς θεός, ἕχ ὡς τόπος, ἀλλ' ὡς ἐνέργεια χωρητική.
πᾶν δὲ τὸ κινεῖσθαι ἐκ ἐν κινεμένου κινεῖσθαι, ἀλλ' ἐν ἐσῶπι· καὶ τὸ
κινεῖν δὲ ἐσηκον. ἀδύνατον γὰρ αὐτῷ συκινεῖσθαι. Πᾶς οὖν ὁ ἕρι-
μέγιστε, τὰ ἐνθάδε συκινεῖται τοῖς κινεμένοις. τὰς γὰρ σφαίρας
ἕφης τὰς πλανώμενας κινεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἀπλανοῦς σφαίρας. Οὐκ
ἐσιν αὐτῷ, ὡς Ασκληπιέ, κινήσεις, ἀλλ' ἀντικινήσεις. ἢ γὰρ ὁμοίως κί-
νοῦνται, ἀλλ' ἐναντία ἀλλήλαις. ἢ δὲ ἐναντίωσις τὴν ἀντέρεισιν
3 τῆς κινήσεως ἔχει ἐσῶσαν. ἢ γὰρ ἀντιπῶσια ἐσῶσεως ἐστὶ φορὰ. ³ Αἰ
οὖν πλανώμενα σφαῖρα ἐναντίως κινούμενα τῇ ἀπλανεῖ, ὑπὸ
ἀλλήλων τῇ ἐναντία ὑπαντίσει περὶ τὴν ἐναντιότητα αὐτὴν ὑπὸ
τῆς ἐσῶσης κινεῖσθαι· καὶ ἄλλως ἔχειν ἀδύνατον. τὰς γὰρ ἄρκτους
ταύτας, αἷ ὄρας μήτε δυνέσας, μήτε ἀγατελλέσας, περὶ δὲ τὸ
αὐτὸ ἀντιστρεφόμενας, ἢ οἷαι κινεῖσθαι, ἢ ἐσῶσαι; Κινεῖσθαι, ὡ
τρισμέγιστε. Κίνησιν ποῖαν ὡς Ασκληπιέ. Τίω' περὶ αὐτὸ
στρεφόμενιν· ἢ δὲ περιφορὰ τὸ αὐτὸ, καὶ ἢ περὶ αὐτὸ κί-
νησις ὑπὸ στασεως κατεχομένη. τὸ γὰρ περὶ αὐτὸ κωλύει
τὸ ὑπὲρ αὐτὸ. κωλύόμενον δὲ τὸ ὑπὲρ αὐτὸ, εἰ ἔστιν εἰς
τὸ περὶ αὐτὸ, οὐτὰ καὶ ἢ ἐναντία φορὰ ἔστιν ἢ ἐσῶσα, ὑπὸ τῆς

pugnantia firmatur. ⁴ Exemplum autē tibi describam oculis
 obuuium. Terrena animantia velut hominē dico specularē na-
 rantem, ferente enim aqua renitentia pedū & manuum fit ho-
 mini status, ne simul cum aqua defluat. Manifestissimum exē-
 plum dixisti, o Trismegiste. Omnis proinde motus in stante &
 ab stāte mouetur. Motus itaq; animātis & omnis uiuentis ma-
 terialis ab ijs quæ extra mundum sunt fieri nō contigit. quini-
